

EPITAPHIUM
HOC APPENDEBAT DANIEL ANGELO.
CRATOR. S.

DUM te miramur surgentem in vota tuorum,
Flos, Otto Princeps occidis, occidimus.
Vixisses utinam, & potius mea lingua taceret,
Quam mihi pangendi causa inimica fores.
Te Pater & Conjur, te fratres atque sorores
Te mixtis deflet tota domus lacrymis.
Magni cum minimis numero sine & ordine flemus,
In luctu est templum, regia, castra, forum.
At luis, o pastor, totum quod debet ovile,
Heires si pescamus, ne lupus insiliat.
Et quoniam Superis vetitum est nil, accipe nostri
Æternas saltem carminis exsequias.
Florentes annos subito Luna abstulit atra,
Abstulit ut dirum gloria nulla mori.
Posthac quisq; sciat robustus se ruiturum,
Urna si tantus clauditur exigua.
Decipimur votis, & tempore fallimur, & mors.
Irridet curas auguriumq; spei.
Formosus Princeps, amor Orbis ut à Patre mœsto
Accepit tumulos, qui dare debuerat!
Ipse quidem gaudet cœlestia regna tuendo,
Præmia nam vitæ mors fera non rapuit.
Nos tamen interea lacrymis sine fine mademus,
Donec apud Christum conveniamus, Amen.

F I N I S.

Historisch 157, 20